



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Epitaphivm Divi Alchimi Auiti Viennensis Archiepiscopi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

EPITAPHIVM DIVI AL-  
chimi Auiti Viennensis Archiepiscopi.

**Q**uisquis mœstificum tumuli dum cernis honorem  
Cespite concludi, totum deslebis Auitum,  
Exue sollicitas tristi de pectore curas.  
Nam quem plena fides, celsæ quem gloria mentis.  
Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennat,  
Nil socium cum morte tenet: quin prospice sancti  
Gesta uiri: primum florescens indole quanta  
Spreuerit antiquos dimisso stemmate fasces,  
Maturum teneris anum dum prestat in annis:  
Et licitum mundi uoti uirtute relegat.  
Nec mora: pontificis sic digna insignia sumit,  
Augeat ut soliti felicia copta laboris:  
Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris  
Erigitur. seq; ipse alijs plus æstimat: imo  
Subiicitur magnus, seruat mediocria summus,  
Distribuit parcus, pascit ieunus, amando  
Terret, et austeris indulgentissima miscet.  
Cunctantes suasu iuuit, solamine mœstos,  
Iurgia dissoluit, certantes foedere iunxit.  
Dissona ueridicam inficiunt que dogmata legem,  
Hortatu, ingenio, monitis, meritisq; subegit.  
Vnus in arce fuit quoquolibet ordine fandi,  
Orator nullus similis, nullusq; poëta,  
Clamat quod sparsi per crebra uolumina libri.  
Qui uixit, uiuit perq; omnia secula uiuet.

Claruit Zenone et Anastasio imperatoribus anno domini quingente  
tesimo sepultus in monasterio Diuorum Petri et Pauli apud senato  
riam Viennensem urbem.